

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6630

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1151, septembre-1153, janvier]

Lieu d'émission : Falaise

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens appartenant à l'église de Bayeux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., t. I, p. 20, n° 14.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XXXIII*, t. 1, p. 39-40.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 39.

Texte établi d'après b

Henricus, dux Normannorum et comes Andegavorum, Hugonis, Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo, et omnibus episcopis, comitibus et baronibus suis de Normannia, salutem.

Quoniam ecclesia Baiocensis, post mortem Odonis episcopi, per subsequentium episcoporum inpotentiam, cum per eorumdem negligenciam et per venditiones et donationes et commutationes ab ipsis factas fere ad nichilum redacta erat, ne funditus ecclesia predicta destrueretur, provide Henricus rex avus meus instituit ut juramento antiquorum hominum, qui rem norant, recognoscerentur tenedure jam dicte ecclesie, sicut fuerant in tempore predicti Odonis, tam in dominicis quam in feodis militum, vavassorum et rusticorum. Ipsius equidem tempore, hec omnia jurata sunt et recognita et sepedicte ecclesie precepto ejus resignata et munimine carte sue, quocumque modo a possessione ecclesie alienata essent, reddita sunt et confirmata. Subinde Gaufridus, comes Andeg[avorum], pater meus, commonitione et precepto apostolicorum virorum Lucii et Eugenii, qui omnium episcoporum Baiocensium, ab Odone usque ad Philippum succedentium, donationes et venditiones et commutationes et omnes alienationes quas de predicte ecclesie beneficiis fecerant irritas esse preceperunt, item dominica et feoda et omnes Baiocensis ecclesie teneduras, sicut fuerant in tempore Henrici regis jurata, juramento fecit recognosci, et sicut Baiocensis ecclesia in tempore Odonis episcopi tenuerat, ea ex integro eidem ecclesie resignavit et carta sua confirmavit. Vestigiis igitur antecessorum nostrorum, avi scilicet et patris, inherere concupiscentes, et patrum nostrorum apostolicorum Lucii et Eugenii commonitioni et precepto obtemperare volentes et debentes, mandamus et precepimus ut dominica et

feoda et possessiones, libertates et consuetudines Baiocensis ecclesie, et omnes tenedure quas habuit in tempore Odonis episcopi, sicut unquam ea melius et liberius in tempore ejus habuit, juramento legitimorum et antiquorum hominum qui rem norint recognoscantur, sicut fuerunt jurata et recognita in tempore avi mei et patris. Ea itaque omnia sepe memorate ecclesie reddimus, concedimus et confirmamus.

Testibus : Garino, Filio Gir[oldi], Willelmo Filio Hamonis, Manessero Biset.

Apud Falesiam.